



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

I. De officio ordinarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

& episcopos supradictos , prout in eis de archiepiscopis &
episcopis cauetur expresse , ac personas saeculares qua-
cumque & ecclesiasticas , etiam & religiosas ordinis cu-
iuscumque, exemptas & non exemptas, infra ciuitates &
dioecesim dictorum archiepiscoporum & episcoporum
constitutas , post duos menses a tempore publicationis fa-
ciendæ in præfatis ecclesiis cathedralibus numerandos.

ANNO
CHRISTI
1588.

C A P I T V L A.

R V B R I C A I.

In vinea Domini sabaoth cultores immeriti po-
siti , & custodes , sic in culturæ ac custodiæ nos de-
bemus ministeriis exercere , vt ad eadem alias in
partes solicitudinis euocatos sedulo studio exci-
temus . Extirpandis igitur vitiorum spinis & pec-
catorum tribulis , quæ superficiem eius obum-
brasse videntur , ac plantandis virtutum germin-
ibus , in quibus Dominus delectatur , totis affecti-
bus intendentis , monemus & hortamur omnes
archiepiscopos , episcopos , & alias quoscumque iu-
risdictionem ecclesiasticam habentes & exercen-
tes , eorumque vicarios , prouifores , officiales ,
& alias ipsorum loca tenentes , quocumque no-
mine censeantur , vt circa correctionem clerico-
rum coniugatorum & non coniugatorum , in qui-
buscumque ordinibus constitutorum , cuiuscum-
que dignitatis , gradus , vel conditionis existant ,
qui crimina vel maleficia commiserint , diligen-
ter obseruent canonica instituta : & si crimina com-
missa fuerint capitalia , vel talia , pro quibus ea perpe-
trans capitaliter puniendus , officialis , vicarius , pro-
uifor , aut quiuis alias vicem gerens archiepiscopi ,
episcopi vel prælati , aut is ad quem ratione sui be-

ANNO
CHRISTI
1588.
neficii vel officii hoc spectat, vel eius locum tenens,
clericum coniugatum vel non coniugatum, ordinis,
dignitatis, gradus vel conditionis cuiuscumque ta-
lia committentem absque correctione & castiga-
tione debita non relaxent, absoluant, vel abire per-
mittant, aut in castigando, corrigendo vel punien-
do remissi aut negligentes existant: alioquin mali-
tiosæ deficiente in præmissis si beneficiati fuerint,
a perceptione fructuum & reddituum beneficio-
rum quæ obtinent, sint suspensi per annum, & per
idem tempus efficiantur inhabiles ad quodcumque
beneficium ecclesiasticum obtinendum. Si vero be-
neficiati non fuerint, per idem tempus ad obtainen-
dum ecclesiasticum beneficium reddantur inhabi-
les ipso facto.

R V B R I C A II.

Speciosus forma præ filiis hominum, & plenus
gratia, fons virtutū, gloriōsus sponsus ecclesiæ Iesu
Christus inter alia sanctitatis insignia, quibus spon-
sam eius inclytam insigniuit, gloriosam constituit
castitatem, ut in illa, sine qua nullum opus bonum
existit, sponsa ipsius & ministri eius eidem sponso
virgini, nato de virgine, vitæ puritate fulgentes
deuotione supplici deseruirent. Sed nonnulli cle-
ricorum & religiosorum famæ suæ & salutis imme-
mores, cum concubinis publice vitam ducunt e-
normiter dissolutam: super quo bonæ memorie
Guillermus episcopus Sabinensis, sanctæ Roma-
næ ecclesiæ cardinalis, in partibus Hispaniæ apo-
stolicæ sedis legatus, cupiens salubriter prouide-
re, quamdam constitutionem prouide edidit, quæ

Concil. Tom. 29.

X ij